



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae Agrippinae, 1653**

[3.] Fundamentum collocandu[m] in Solido.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

*des, unum baptisma, unus Deus & Pater omnium, qui est super omnes. Immo, quoniam antiqui etiam Instrumenti fideles Edificium spirituale virtutum ejusdem rationis nobiscum extruebant, idem quoque fidei fundamentum jacere ipsos necesse erat. Quocirca Paulus disertè pronunciat II. Corinth. IV. 13. Habentes eundem Spiritum fidei (nempe cum Patribus Testamenti veteris) sicut scriptum est: Credidi, propter quod locutus sum, & nos credimus. Nam, ut rectè monet S. Augustinus, lib. XVIII. de Civitate. cap. XLVII. Unus Mediator DEI & hominum, homo Christus Jesus in carne venturus sic antiquis Sanctis pronuntiabatur, quemadmodum nobis venisse nunciatus est: ut una eademque Fides per ipsum omnes in DEI Civitatem predestinatos perducat ad DEUM.*

## ARTICVLVS III.

*Fundamentum collocandum in Solido.*

**E**X Architecturæ Canone Fundamentum nec in glabâ molli, nec in glareâ dissipabili, nec in luto putri ponendum est, sed super firmam petram. Hujus contrarium faciunt hæretici, ut suo loco probabitur. Nam fundamentum fidei suæ locant, vel in ratione humana, vel in spiritu privato, quæ arenæ instar facile commovetur ac dissipantur. Catholici infirmissima petra Revelationis divinæ, seu veracitate illa & auctoritate DEI, quæ iis per Ecclesiam innotescit, & falli non potest, aut fallere.

V 2

ARTI-

(a) S. Thom. 22. q. 1. vbi Valent. Tanner, Ban. Malder. Bellar. de V. D. & concio. 40. de Assumpt. Suarez, cont. R. Angl. l. i. c. 11.